

B. n. II, 356.a  
h. 69, 13.

(X1876287)

Σὲν τῷ θεῷ!

II k  
308

DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
**M U T U O,**

*Quam*

DIVINO ANNUENTE NUMINE,  
Suffragante Magnifico ac Nobilissimo JCto-  
rum ordine, in florentissima LL. nutrice Salana,

SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI  
*ATQUE EXCELLENTISSIMI,*

DN. GEORGII ADAMI Struvett/  
JCTi, Prof. Publ. famigeratissimi, Consilia-  
rii Saxonici Gravissimi, Facultatis Juridicæ Senioris, nec non  
hoc tempore Decani Spectatissimi, Curiæ Provincialis & Scabinatus As-  
sessoris meritissimi, Dn. Præceptoris, Hospitis ac Promotoris sui sum-  
mo honoris & observantiæ cultu ævitemnum devene-  
randi, prosequendi,

*Publico Eruditorum examini submittit*

**NICOLAUS RADEMIN,**

Soltquellâ March.

AUCTOR-RESPONDENS.

In Themisterio JCtorum

*Ad d. Septembr.*

HORIS CONSUETIS.

J E N Æ,

Typis Sengenvvaldianis, Anno 1659.





I. N. D. I. C.

## PRÆLOQUIUM.



On minus scitè quām verè Romani Sa-  
piētes dixerunt, Necessaria ignorari, dum  
non necessaria addiscantur, Ne ergò & mihi  
sit, qui illud objiciat, cāvere posse videbar,  
si prudentissimum Jcti Celsi monitum, quod  
extat in l. 5. de LL. & Jcti Pauli in l. 25. de libe-  
rat. legat. sequerer: Quotidiana scilicet, & quā  
usum in vita communi habent frequentem,  
exactius & plenius tractanda & ponderanda, quām quā perrarò  
eveniunt, parumque conducunt. At vtrò Contractuum Materi-  
am in Foro & Praxi satis frequentem & quotidianam, neminem  
esse qui diffiteri possit arbitror: Hinc abs re me haud factu-  
rum judicavi, si privatā industria de Nobilissima & frequentissi-  
ma realium Contractuum specie primā (ordine illo, quo in s. ult.  
I. de Obligat. & Aet. singulæ Contractuum realium species enumera-  
rantur servato,) Mutuo scilicet, Thesēs nonnullas exercitii ac hu-  
jus remedii discendi gratia conscriberem, publicoque Erudi-  
torum Examini submitterem, non quidem ac si animus esset ab-  
solutam hujus Contractus considerationem suppeditare, singu-  
lasque huc spectantes Controversias pro earum dignitate, (quod  
planè supra vires meas,) exponere, sed saltē nobiliores in com-  
muni hominum societate & Theoria occurrentes Controversias  
pro ratione instituti & tenuitate ingenii deducere & ad dispu-  
tandum adaptare. Ut autem eo feliori pede & ordine pro-  
gredi valeam, secundum seriem causarum hanc Materiam exa-  
minabo. Quo autem propositi mei initium fiat felix, felicior  
progressus, exitus felicissimus, juxta piūm Sacratissimi nostri  
Imperatoris monitum, In Nomine Domini nostri Jesu Christi  
auspicamus. l. 2. C. de offic. pref. præt. Afr.

A 2

CAP.

# CAPUT I.

## DE TRACTATIONE NOMINALI.

Th. I. **C**VM in omni disciplinarum genere, maximè tam  
men in augustissima nostra Jurisprudentia prior  
sit verborum habenda ratio, l. i. ff. de Justit. & Jur. l. i. ff. de  
reb. cred. quoniam secundum illud *πολυθρύλλον*, nemo res  
intelligit, nisi prius verba cognoverit, sunt enim verba in-  
venta, ut voluntatem dicentis declarant; Hinc antequam  
in interiora Mutui viscera penetremus, ab Etymo merito  
auspicabimur.

Etymolo-  
gia.

Q.

Homony-  
mia.

Th. 2. Circa Natales hujus Vocabuli Interpretes in duas  
abeunt sententias, Cujac. lib. II. obser. 37. Mutuum à Mutatione  
derivari autumat, eo quod in hoc Contractu pecunia cum  
pecunia mutetur, & non idem, sed tantundem reddatur, l. 2.  
§. 1. de R. C. Communis verò Doctorum schola cum Impera-  
tore dictum vult esse Mutuum quasi *μετέον*, ideo quod de meo  
tuum fiat, & rursus ex tuo meum, l. 2. §. 2. ff. de R. C. pr. J. quib.  
mod. re contrah. oblig. quæ notatio, utpote præcipuum Formæ  
ac differentiæ specificæ partem continens, naturam Contra-  
ctus Mutui propriùs attingere videtur, Ita enim nostri Sto-  
icos imitati sunt, qui non ex verbis sed rebus notationes de-  
ducunt, ut ex notatione non intelligatur verbi proprietas, sed  
natura rei, Vultej. ad pr. J. de testam. Hinc suboritur trita il-  
la & vulgaris quæstio, an argumentum à nomine seu Etymo-  
logia vocabuli ductum valeat? & Resp. Negativè procedere,  
veluti de meo non fit tuum. Ergò non est mutuum, sed non-  
affirmativè, quia etiam in donatione, permutatione & simi-  
libus aliis, ita à me tibi datur, ut ex meo fiat tuum, nec tamen  
est Mutuum. Everb. in Topic. in loc. ab Etymolog. vocab. n. 2.

Th. 3. Ne verò ex ambiguitate error, cuius facunda geni-  
trix æquicatio esse solet, oriatur, liberandum ab ea erit vo-  
cabulum Mutui. Sumitur autem hoc diversimodè, I. Adjecti-  
vè, & idem est, quod reciprocum, l. 17. l. 22. de R. C. l. 26. de  
constit. pecun. l. 1. C. mandat. l. i. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 11.  
§. 1. de Jurisdic. II. Substantivè & denotat alienationem  
quan-

quantitatis, eo animo, ut tantundem à Mutuante restituatur, quo in sensu sumitur vel generaliter, vel specialiter. Generaliter ut fœnus etiam contineat, l. 34. §. 1. ff. de R. C. l. 41. §. 1. ff. de usur. l. 7. §. 9. ad SCtum Macedon. Vel specialiter, & quidem vel propriè, vel impropriè. Propriè pro ipso Contractu Mutui, qui est gratuitus & sine fœnore, §. 2. I. de I. N. G. & C. l. 2. §. 3. ff. de R. C. Impropiè verò & synechdochicè 1. pro re mutuo data seu eo quod in Mutuum venit, §. 1. I. b. d. l. 2. de reb. cred. 2. Pro Obligatione ex hoc Contractu orta. 3. Pro Commodato quamvis hoc rariùs & satis abusivè quemadmodum germanicum illud Leihen. l. 49. §. 2. ff. de legat. 3. l. 12. §. 14. ff. de instruct. vel instrum. legat. vid. Rebhan. in Hodog. Jur. pag. 445.

Th. 4. Ratione Synonymiæ alia atque alia sortitur Mutuum nomina, quæ passim in lectione librorum juris occur-  
runt, in primis vocatur Creditum, l. 2. §. 3. de R. C. l. 11. de V. S. quia in hoc Contractu præcipue credit pecuniam & fidem alienam sequitur, qui mutuo dat, quare in creditum dicitur  
ire, qui Mutuum contrahit: Vocatur etiam Mutui datio, pr. I. de oblig. quæ re contrah. l. 2. §. 1. b. l. 1. §. 2. de O. & A. item Mu-  
tua pecunia. l. 10. de V. S. l. 14. C. h. vid. Colleg. Argentor. b. n. 5.

## CAPUT II. DE DEFINITIONE, DIFFERENTIA ET DIVISIONE.

Th. 1. **Q**ibus prænotatis, progredimur nunc recto pede ad definitionem ipsam, & licet omnis definitio in jure periculosa sit, l. 202. ff. de R. I. tamen ut intelligatur quid sit, de quo disputatur, teste Cicerone, lib. 1. offic. Omnis de re aliqua institutio debet à definitione proficiendi, Sic ergò Mutuum non incommodè definiri vel potius describi potest: Quod sit Contractus verus, Iuris Gentium, Nominatus, realis, stricti juris, quo roganti certam pecuniæ summam seu quantitatem, aut aliam rem fungibilem, hoc est, pondere, numero, mensura, constantem, gratuitò, sed ea lege damus, ut in genere, hoc est, tantundem ejusdem naturæ & qualitatis ali-

Definitio.



quando nobis reddatur. pr. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. l.  
2. § 1. 3. de R. C.

Genus.

Th. 2. Generis vicem sustinet vocabulum Contractus, est enim Mutuum propriè sic dictus contractus, quia vi sua certa atq; efficacem producit actionē: l. 9. § 3. de R. C. Accedit legis autoritas, quæ non nno in loco hoc negotium Contractum appellat, eique peculiarem & quidem primum inter veros Contractus locum tribuit, l. 1. §. 2. de oblig. & att. §. fn. I. de oblig. pr. I. quib. mod. re contrah. oblig. Hinc non facere nos decet cum Cujac: ad l. 7. pr. de pact. & aliis, qui obligationes ex altero saltem latere obligationem producentes, græcè συναλλάγματα μονόπλευρα dicitas, ut Mutuum, Commodatum &c. ex albo verorum Contractuum proscribere non verentur, solas autem conventiones, quæ ex utroque latere obligationem pariant, & græcis συναλλάγματα δίπλευρα dicuntur, ut emtionem venditionem, locationem conductionem, contractus titulo dignantur: Nec quicquam huius sententiae adversatur, l. 19. de V. S. ex qua potissimum & primarium dissidentes fundamentum suæ negationis depromunt, & colligunt: Contractus verus est ultro citroque obligatio, d. l. 19. de V. S. In mutuo non est ultro citroque obligatio, solus enim Mutuatarius astringitur, & ab omni vinculo immunis est creditor, qui quod de dolo & evictione tenetur, ex natura contractus non resultat, sed accidentia sunt, quæ in esse deducum contractum sequuntur. Erg. Mutuum verus contractus dici nequit. Resp. ad Major. I. Quod definitio hæc ab Ulpiano in d. l. 19 tradita non sit generalis, sed specialis, & tantum referenda ad συναλλάγματα δίπλευρα non μονόπλευρα. An dicimus cum Nobilissimo, Excellentissimo & prelaudato Dn. Praefide, Preceptor meo, ut de studiis meis insigniter merito ita eternâ animi devotione observando, in Syntagm. Jurisprud. exerc. 16. th. 29. si mavis specialissimam hanc acceptionem non admittere, quod obligatio in d. l. denotet actionem seu actum, quo fit seu gignitur inter duos, ultro citroque inter se de negotio convenientes, obligatio, jung. Nobilissimum, Amplissimum atque Excellentissimum Dn. Ernestum Fridericum.

Sobro-



Schröterum, ICtus & Antecessorem hujus loci celeberrimum, Promotorem ac Praeceptorem meum, perpetua animi observantia sufficiendum, in not. ad differt. 13. Sutholt. aph. 7.

Differentia

Th. 3. Differt hic Contractus à Commodo, Deposito & Pignore, quod in his dominium non transferatur, sed eadem species reddi debeat, in Mutuo vero res accipientis fiat, qui non eandem speciem, sed idem genus restituit. Per genus autem intelligimus hic individuum vagum seu quodvis suæ speciei individuum, genus enim vel species cum sint meritis conceptus, in obligationem deduci nequeunt, neque si possent, prodeflent. Eademque hac notâ Mutuum à per mutatione, emtione, venditione, ac similibus contractibus discernitur, in quibus res diversi generis, non ejusdem naturæ & qualitatis communicantur, l. 5. § 1. de prescript. verb. Nec resistit, si ex Mutuo datur conditio certi, sequitur quod in Mutuo genus non sit præstandum. Atque prius verum, Erg. Ratio consequentiæ probatur, quia genus est incertum, per l. 50. § 5. ad l. falcid. l. 75. §. 2. de Verbor. Obligat. Resp. genus quatenus incertum in obligatione Mutui non est, sed quatenus per qualitatem ac quantitatem ad individuum determinari potest, per text. in pr. l. 6. de R. C. l. 74. l. 75. §. 1. & 2. de Verb. Oblig. vid: Nobilissimus, Amplissimus, Consultissimus atq. Excellentissimus Dn. Joh. Strauchius, ICtus & P. P. in hac Salana celebratissimus, Praeceptor atque Promotor meus ea quâ parest reverentia devenerandus, in prælect. publ ad l. 2 ff. de R. C.

Divisio re-  
jicitur.

Th. 4. Definitionem nunc excipere debebat divisio: Verum quia eam natura Mutui respuit, de illa magnoperè laborandum non erit: Non quidem nescius sum diversas species Mutui configere interpres, & dispescere Mutuum in merè Naturale, merè Civile, & Mixtum. Merè naturale Mutuum esse dicunt, ubi quis ipse suo nomine pecuniam propriam numeravit. Merè Civile, ubi quis spe futuræ numerationis, chirographo à se dato confessus est, se certam pecuniæ summam ex causa Mutui accepisse. Mixtum vocant Mutuum. cum vel alius meo nomine numerat pecuniam, quod ita quidem naturalis fiat solutio seu numeratio, sed

jus



jus Civile à me profectam esse singat pecuniam veluti per brevem manum: Verius tamen est unicum tantum esse Mutuum idque naturale, quod rei datione vel verâ vel lege inducâ per consumptionem vel per brevem manum perficitur, l. 15. l. 11. l. 13. ff. de R. C. l. 6. C. eod. Aliter Baehov. ad Wesenb. h. t. dividit Mutuum in verum, & præsumtum: hoc dicens esse contratum chirographarium, sed minus recte. Contractus enim chirographarius est peculiaris & proprius contractus, ut patet ex §. ult. I. de obligat. Et t. t. I. de literar. oblig. t t. C. de non-numer. pecun. Hinc prædictas & extra jus jurisque fundamenta conflictas divisiones cum Nobilissimo atq. Excellentissimo Dn. Praeside, Clarissimo Dn. Hahnio ad tit. de R. C. non admittimus. Dissent. argumenta, ut chartæ parcam hic non examino, ea conflictui reservaturus. Resp. ad ea sat nervosè Nobiliß. Dn. Praes. in Colleg. privat. pandect. ad tit. de R. C. th. 40. & Dn. Hahn. in not. ad Wesenb. h. n. 9 quo me remitto. Et hæc dicta sunt de generali Mutui consideratione, sequitur specialis, quæ consistit in causarum indagatione & explicatione.

## CAPUT III. DE CAUSA EFFICIENTE.

Causa efficiens remota,

Th. 1. **C**Ausa efficiens alia est remota, alia propinqua, alia proxima.

Causa propinqua.

Th. 2. Causa efficiens remota Mutui ratione originis & formæ essentialis est jus Gentium, ex quo pleræque sunt conventiones, §. 2. in fin. I. de I. N. G. & C. l. 7. ff. de pact. ratione verò informationis & introductionis, relatè ad Remp. Romanam, est juris Civilis.

Th. 3. Causa propinqua est consensus contrahentium, sicut enim in quovis contractu ad essentiam genericam requiritur consensus, l. 1. §. 3. ff. de pact. l. 55. ff. de oblig. & aet. ita etiam ad Mutuum contrahendum consensus dantis & accipientis vel expressus vel lege inductus intervenire debet: Requiritur autem, ut ille consensus sit expers doli, vis, metus, simulationis & erroris, l. 36 de verb. oblig. l. 1. quod met. causa. l. 16. de R. I. l. 18. de R. C. vid. Nobiliß. atq. Ampliiss. Dn. Praes. d. exer-

d. exercit. 18. rh. 10. ubi insimul ad difficilem istam antinomiam,  
quæ intercedit inter l. 18. de R. C. & l. 36. de Acquir. rer. Do-  
min. dilucide, ut solet, respondet.

Proximè Mutuum efficit ipsa rei traditio, pr. I. quib mod.  
re contrah. oblig. l. 1. §. 2. de obligat. & act. ubi hic contractus  
ab aliis, qui verbis, literis aut consensu perficiuntur, di-  
stinguitur: Idem probat l. 2. §. 3. de R. C. ubi dicitur, quod  
Mutuum esse non possit, nisi proficiscatur pecunia, hinc et-  
iam est, quod ultra id, quod datum, non contrahatur Mu-  
tuum, etiamsi sit promissum, l. 11. §. 1. de reb. cred. Et tan-  
tum de consensu ejusque requisitis.

Causa pro-  
ximæ.

Th. 4. Succedunt personæ, quibus cum Mutuum contra-  
hitur, & sunt Mutuans & Mutuatarius, de quibus, quate-  
nus idonei ad Mutuum ineundum notanda est hæc regu-  
la: Omnes qui consentire possunt, & Domini sunt rerum  
suarum, earumq; quæ mutuo dantur liberam administran-  
di atque alienandi jus & potestatem habent, Mutuum dare  
& accipere queunt. Unde colligitur, ex parte Mutuantis re-  
quiri, Ut consensu fiat & dominus sit rei Mutuo datæ, con-  
sentire Mutuantem oportere constat ex jam dictis: præterea  
rei Mutuo datæ dominus sit oportet, quia in Mutuo transfer-  
tur dominum, l. 2. §. 2. b. t. nemo autem plus juris in alium  
transferre potest quam ipse habet: l. 54. de R. I. Hic si Mu-  
tuans dominus rei Mutuo datæ in solidum fuerit, obliga-  
tionem ex contractu Mutui in solidum sibi acquirit. Quod  
si verò res plurium communis Mutuo data fuerit, nisi cæ-  
teri etiam domini consenserint, mutui obligatio saltem pro  
parte divisa nascitur, d. l. 16. in fin. h. t. l. 41. eod l. 68 in pr ff.  
pro soc. Qui verò domini non sunt, nec voluntate domino-  
rum tradunt, nummos accipientis non faciunt, adeoque nec  
Mutuum contrahunt, datur tamen hujusmodi Creditoribus  
actio ex stipulatu, si stipulatione sibi caverint, l. 2. C h. fin ve-  
rò hæc non intervenerit, non ante tenebuntur condicione,  
quam si pecunia credita bonâ fide fuerit consumpta, l. 13. §. 1.  
de reb. cred. l. 19. §. 1. in fin. eod. Ratio autem quare per con-

Personæ  
contrah.

B

sum.



sumptionem reconcilietur Mutuum, quod ab initio non  
consistebat, est, ne scil. consumens locupletetur cum aliena  
jacturâ, si enim non convalesceret, non posset condici,  
& sic consumens lucrum faceret cum damno domini, con-  
tra l. 14. ff. de condic. indeb.

Th. 5. Ex eadem ratione II. requiritur, ut Mutuans li-  
beram & non impeditam rerum suarum habeat, admini-  
strandi facultatem, absque ea enim si sit, rei mutuo da-  
ræ dominium abire à Mutuo dante, & transire in Mutua-  
tarum haud potest, §. ult. I. quib. alien. licet. quod tamen  
in hoc contractu ineundo fieri necessum est, arg. l. 167.  
pr. de reg. Jur. l. 9. §. 2. de autor. tut. Unde arcentur ab  
hoc Contractu quidam Natura, quidam Lege.

I. Ob defec-  
tum æta-  
tis Infan-  
tes.

Th. 6. Natura arcentur, vel I. Ob defectum ætatis ut  
infantes septennio minores, Infantia proximi intellectu &  
inde promanante consensu destituti, §. 9. de inutile stipul. l.  
9. de acquir. hered. hi sibi alios quidem Civiliter, sed se i-  
psos ne naturaliter quidem obligant, d. §. 9. Nec obst. l. 14.  
de spons. Resp. Specialis ratio est insponsalibus, cum ea ab  
impueribus inita contraria voluntate dissolvi possint: No-  
biliss. Dn. Præf. in prælect. privat. ad tit. de paet. th. 59.

II. Ob vi-  
tium ani-  
mi Furiosi,  
Mente ca-  
pti,  
Ebrii.

Th. 7. Vel II. propter defectum animi, ut furiosi &  
mente capti, omni voluntate & consensu destituti, quibus  
assimilamus etiam, qui ad mentis usque alienationem  
sunt inebriati, c. sanè. 7. caus. XV. quest. 1. c. 14. de  
vit. & honest. cleric. & illi ne quidem curatoris, si quem  
habent autoritate accedente, recte contrahunt, l.  
3. l. 40. de R. l. l. 1. §. 12. de obl. & act. l. 70. §. 4. de fidejuss. l. 2. C.  
de contrah. emt. l. 1 §. 3. de acquir. poss. l. 6. de verb. obligat. l. 14.  
de offic. præf. tūm quod hæc actum semper aliquem præsup-  
ponat, tūm quod Curator defectum personæ supplere ne-  
queat, tempore verò induciarum, si quas habent, contrahe-  
re non prohibentur, l. 6. de offic. præsid. l. 2. C. de contrah. emt.  
l. 2 C de Curator. furiosi. Nonnunquam verò suadente & qui-  
tate ejus non dissensus pro consensu habetur. l. 2. §. 2. solut.  
matr. pr. I. de nupt. l. 25. C. eod. l. 28. C. de Episcop. aud. & ubi  
oblig.

obligatio ex ipsâ re venit, obligantur. l. 3. § 5. de negot. gest. l.  
34. l. 46. de oblig. & aet. l. 25. de fidejuss.

Th. 8. Lege prohibentur Mutuum celebrare quidam ob malos  
malos mores, quidam ob consensus imperfectionem. Ob  
malos mores prodigi magistratus decreto tales declarati  
*l. 1. l. 6. l. 16. de curator. furios. l. 22. de tutor. & curat. & sunt*,  
qui neque finem neque tempus expensarum habent, sed  
bona sua dilacerando & dissipando profundunt, hi sine tuto-  
ris autoritate contrahendo, aliis ne quidem naturaliter  
obligantur, & hactenus æquiparantur furiosis, l. 6. de V.O. l.  
40. de R.I. l. 70. §. 4. de fidejuss. Alios tamen sibi efficaciter  
obligant, & in hoc comparantur pupillis ac minoribus, l. 9.  
§. 7. de reb. cred. l. 3. C. de restitut. in integr. quia scil. ubi rem  
suam meliorem faciunt, non sunt prodigi, l. 3. de novat. Si-  
militer adhibito curatorum consensu, aut quando actio ex  
ipsa re venit, obligantur, l. 3. de reg. Iur. l. 5. §. 1. de acquir.  
heredit. vid. Nobiliss. atque Consultiss. Dn. Praef. exerc. 16. th. 33.  
Cl. Dn. Hahn. in not. ad Wesenb. tit. de curator furios. num. 2. &  
3. Försterus in Traet. de pactis c. 5.

Th. 9. Rari modo ob consensus imperfectionem contra-  
here prohibentur pupilli pubertate proximi, de quibus a-  
certima extat Dd. pugna, quam breviter diluemus: Q. au-  
tem utrum pupillus sine tutoris autoritate Mutuum acci-  
piens obligetur? Et dist. inter obligationem civilem, & na-  
turalem. Illa pupillus ob judicii pupillarisve ætatis imbe-  
cillitatem, & inde descendenter consensus imperfectio-  
nem non tenetur, hac scil. naturali astringitur, l. 1. de novat.  
l. 25. §. 4. quand. dies leg. vel fid. ced. l. 127. de V.O. sed tantum  
quoad actum primum: actu vero secundo & ut naturalis  
hæc obligatio suos contra pupillum sortiatur effectus, qui a-  
lias eum consequuntur, pupillus pro obligato non habetur,  
quoniam illi ob favorem ætatis pupillaris, ne damnum in-  
currat, à Jure Civili impediuntur, arg. §. 6. de cap. diminut. l.  
39. de oblig. & aet. l. 41. l. 29. de condit. indeb. ratione vero alio-  
rum, naturalis obligatio suos producit effectus, l. 127. de V.O.  
l. 1. de novat. l. 95. §. 4. de solut. l. fin. de jurejar. Exceptio est

Ob con-  
sensus im-  
perfec-  
tionem pu-  
pilli.

Q.

(1) si pupillus pubertati proximus dolo malo in re aliena  
sit versatus, tunc malitia supplet aetatem, l. 1. §. 15. depos. l. 23.  
de furt. l. 2. de fidej. l. 13. §. ult. de dol. mal. l. 21. ad l. falcid. l. 9.  
de autor. tutor. l. 95. §. 2. l. 44. de solut. l. 11. de R. I. l. 1. §. 3. de  
acquir. poss. (2) Si ex ipla re actio veniat, l. 46. de obl. & act.  
l. 1. pr. de autor. tut. (3) Si pupillus ex contradicione quem iniit,  
faetus fuerit locupletor, d. l. 1. §. 15. depos. l. 66. in fin. de solut.  
l. 3. pr. commod. l. 13. §. 1. & l. 14. de condit. indeb. l. 5. §. 1. de  
autor. tutor. l. 3. §. 4. de negot. gest. Hisce casibus etiam sine  
tutoris auctoritate, (qua accedente omnia recte gerunt,) non  
solum naturaliter, sed etiam ex constitutione Divi Pii ci-  
viliter obligantur, vid. Nobiliss. atque Ampliss. Dn. Praef. d.  
exerc. 6. th. 39. Dn. Hahn. ad VVesenb. de paet. num. 5. Forsterus  
Tract. de pactis cap. 5.

Minores.

Th. 10. Similiter, an minor sine consensu & auctoritate  
Curatorum accipiendo Mutuum creditori suo efficaciter  
obligetur, vehemens inter Interpretes jurium est concer-  
tatio? Communior & verior eorum videtur sententia, qui  
distinguunt ex l. 3. C. de integr. restit. An minor Curatorem  
habeat, an vero non: Priori casu absque istorum consensu  
sibi quidem alios possunt astringere, sed ex conventione,  
quam de rebus suis minores iniere, citra consensum  
curatoris sui civiliter non obligantur, sin vero Curato-  
res non habeant, subsistit conventio, sed laeti in integrum  
restitutione juvantur, l. 3. C. de integr. restitut. min. j. l. 13. pr.  
de excusat. tutor. l. 6. de V. O. l. 1. de minorib. l. 20. de rit. nupt.  
l. 43. de oblig. & act. j. l. 1. de curat. furios. Nec quicquam con-  
trarii operatur, l. 101. de verb. oblig. quæ quosdam Dd. in  
sententiam contrariam pertraxit. Ad hunc nodum dissolven-  
dum varii interpretes varias solutiones attulerunt, Sunt  
qui hunc textum exaudiunt de puberibus, qui non habent  
tutores, ut Donell. lib. 12. c 22. lit. R. S ibique Hilliger, cui ta-  
men adversatur pronomen suis, quo satis innuitur habui-  
se puberes curatores, & tamen sine ipsorum consensu con-  
traxisse. Alii teste Accursio accipiunt d. l. de obligatione na-  
turali,

turali, quam solutionem tamen non admittit textus, qui agit de stipulatione, ex qua oritur obligatio Civilis. Alii dicunt, quod verba *sine Curatoribus suis*, saltem excludant præsentiam Curatoris, non vero consensum, & sensus sit absentibus Curatoribus suis, quos alioquin habent contrahentes, ex stipulatu obligari possunt. vid. *Dn. Hahn. in not. ad VVēsenb. de pact. n. 5.* Alii aliter Resp. quorum catalogum fusiūs hic non attexo: In his igitur opinionum fluctibus, ubi ferme tot sententiæ quot interpres, verissima legibusque maximè consentanea videtur conciliatio *Robert. lib. 1. animadvers. c. 12.* inquiens, possunt puberes sine curatoribus suis obligari, non vero semper obligantur, possunt nempe tunc si faili fuerint locupletiores, quam explicationem haud parum juvat ipse textus, dum dicit: possunt obligari, non vero semper obligantur. Et hanc conciliationem, ut vero magis consonam, sectantur inter alios *Magnif. Dn. Ungepaup. m. Præceptor meus desideratissimus, in exerc. Iustin. 10. quæst. 2. Magnific. Dn. Frantzius p. m. in exerc. ad Institut. 3. q. 5.*

Th. II. Lege quoque Mutuum contrahere prohibentur, nibilcunq; impressionis, concussionis, vel coactionis metus vel suspicio subest: Vnde Rectores vel præsides provinciarum, maximè temporarii eorumq; officiales, qui perpetui non sunt Mutuum dare & fœnus exercere prohibentur, *l. 33. de reb. credit. l. 34. C. si cert. pet. imò nec bona immobilia vel mobilia in provincia cui præsunt, emere possunt, l. 46. ff. de contrah. emt. l. unic. §. 2. C. de contract. judic. l. 46. §. 2. de jur. fisci.* Hodie vero, quoniam in maxima Europæ parte Magistratus constituantur perpetui, dicta prohibitio cessat, ideoque ipsis liberè & Mutuum dare, & accipere permittitur, prout in Germania experientia satis superq; testatur. Mutuam autem pecuniam fœnebrem accipere præsides provinciarum non prohibentur, *d. l. 34. §. 1. de reb. credit.* nisi ut judices acceperint, quo casu dans & accipiens puniuntur, *l. 16. C. si cert. pet.* Sed obstante quod Correlativorum eadem sit ratio, Ergo nec Mutuum accipere possunt. Resp. argumentum à Correlat. non

Ob periculum con-  
cussionis  
Præsides  
Romani.

obtinere, si sit diversitatis ratio, pecuniam enim plerumque  
is mutuo dat, qui eâ carere potest, accipit verò qui inopia la-  
borat, ne igitur subsidium egestate pressis auferatur, permis-  
sum est præsidi mutuam pecuniam sumere, non dare, *d. l. 34.*  
*h. vid Rizel. d. tr. cap. 3. n. 32.*

Preter  
SCtum  
Macedoni-  
anum filius  
familias.

Th. 12. Speciali denique ratione SCtum Macedonianum  
prohibuit Mutuam pecuniam dari filiis familias in potesta-  
te patria adhuc constitutis, eique qui credidit denegatur  
actio, tam adversus filium quam patrem, *l. 1. ff. de reb. credit.*  
*§. penult. Inst. quod cum eo, qui in alien. potest.* Pecuniam au-  
tem intellige tantum numeratam, utpote cuius datio (quæ  
verè juxta poëtam irritamentum est malorum,) perniciosa  
parentibus visa, aliæ verò res mutuo datæ ita demum ad  
SCtum hoc pertinebunt, si in fraudem ejus datæ arguantur,  
veluti si res aliqua vendenda tradita sit, ut pecuniam ex ven-  
ditione redactam filius familias habeat in Mutui vicem, *l. 3.*  
*§. 3 b. l. 7. §. 3. ff. eod.* Et hæc circumventionis species voca-  
tur græcè κατασοφισμός, cum quis scripto quidem legis paret  
& satisfacit, sed non etiam menti: *Cujac. 13. obs. 24.* Hūc, quod  
scil. fraus SCto adhibetur, referri quodammodo potest, si in-  
stitor merces pretiosiores in vestimenta vendidit, aut œno-  
pola modum in porrigendo vino excessit *§. penult. I. quod*  
*cum eo, qui in alien. pot. l. 1. ff. ad SCtum Macedon. Nobiliss.*  
*atque Ampliss. Dn. Præf. exerc. 10. th 53.*

Causa SCti  
Macedo-  
niani.

Th. 13. Ratio hujus SCti Macedoniani quænam sit inter  
Dd. non convenit, Evidem mihi illorum sententia arri-  
det, qui principalem hujus SCti Macedoniani causam di-  
cunt esse odium fœneratorum, *Dn. Hahn. b. n. 4.* Interim  
tamen nemo inficias ibit, quod favor etiam parentum huic  
SCto haud exiguam præbuerit necessitatem, ne videlicet filii  
familias, qui sunt quasi familiarum columnæ & Reipubl. se-  
minaria, ob luxuriam atque æris alieni magnitudinem ante  
diem patrios inquirant in annos, atque sic juveniles illi ca-  
lores cupidini cuicunque dediti, tristem exitum sortiantur,  
qui eos post dispersum patrimonium exspectat, *l. ult. §. 5.*  
*vers.*

vers. melius. C. de bon. quæ liber. Et hæc sanè fundamenta atque rationes satis pro æquitate pugnant, adeò ut affirmare audem, filium familias vel patrem, ob beneficium sibi à lege indulsum etiam in foro conscientiæ tutum esse, si pecuniam mutuam non solvat, lex etiam justa etiam in judicio animæ est servanda, & obtemperandum esse Magistratui, docemur Epist. Paul. ad Roman cap. 13. vid Nobiliss. atq; Excellentiss. Dn. Praef. exerc. 20. th. 55. Clar. Dr. Hahn. in not. ad VVesenb. b. n. 2. Zoes. b. n. 6. Perez. in C. b. n. ult.

Th. 14. Competit autem ex hoc SCto resultans exceptio non tantum filio familias, sed & patri, nec non hereditibus & fidejussoribus, qui non donandi animo fidem suam interposuerunt, l. 9. §. 3. ff. ad SCtum Macedon. l. 7. §. 10. & l. 6. C. eod. idque ideo, quoniam exceptiones reales, quæ reo competunt fidejussori quoque competere juris est apertissimi, l. 7. §. 1. l. 19. ff. de except. l. 11. C. eod An verò filius familias huic SCto cum effectu renunciare præsertim interveniente jura mento possit anceps & dubia est controversia? Et in Negant: castra transimus cum Nobiliss. Dn. Praef. th. 56. b. & Cl. Dn. Hahn. ad VVesenb. b. n. 4. Quicunque enim sunt publici juris illa privatorum pactis mutari non possunt, l. 38 de pact. Atq; SCtum Macedon. est tale. l. 1. b. E. Nec refragatur vulgaris regula, quod odia sint restringenda. Resp. odiosum est hoc SCtum respectu foeneratorum, non etiam filiorum famil. & ipsorum patrum familiâs, quorum interest vel maximè, hanc renunciationem non admittere, d. l. 1. Sed dicas quod quilibet favori pro se introducto renunciare possit, l. penult. C. de pact. Resp. Est quidem in eorum favorem introductum, sed non tantum, verum etiam ipso rum parentum, quibus hâc suâ renunciatione præjudicare nequeunt. d. l. 1. Nec z. huic sententiaz impedimento est, quod SCtum Macedon. sequatur exemplum SCti Vellej. l. 11. ff. ad SCtum Macedon. At SCto Vellejano potest fœmina renunciare, l. fin. §. penult. ad SCtum. Vellej. c. cum contin. gat 28. X. de jurejur. Resp. est argumentum à separatis, si qui-

Quis SCto  
ut. posuit

Q.



Q.

quidem SCtum Vellejan. non ut Macedonianum in favorem publicum, sed in solius mulieris, pro alio intercedentis commodum introductum est, l. i. §. 2. & l. 2 ad SCtum Vellej. Kizel. de oblig. mut. c. 4. n. 78. Dn. Arumæus disp. ad ff. 12. 1b. 6. Perez b. l. n. 17. nec ambigo cum prædictis autoribus idem statuere, licet juramentum renunciationi accesserit, per l. 7. §. 16. de pact. Nov 51. quod enim nullum, juramento confirmari non potest, l. 5. C. de LL. l. 7. § 16. de pact. De Jure Canonico Dd. variant, verior tamen etiam hoc casu eorum videtur sententia qui hoc N. Tale enim juramentum non solum vergeret in parentum læsionem & perniciem, arg. l. 66. de LL. sed & occasionem delinquendi daret, quod juramentum nullatenus est obligatorium, c. non est obligatorium, de R. I. in 6. c. 28. de jurejur. vid. Nobiliss. Præf. exerc 17. th. 24. Dn. Hahn. b. n. 4. Hic tamen notandum, quod opus sit absolutione juramenti, quia hoc super facto jure Civili tantum, non etiam naturali prohibito interpositum est, vid. c. 15. & 8. X. de jurejur. Gail. lib. 2. observ. 42. à n. 5. Constit. Elektor. 35. part. 2. in pr. ibi: Dass solcher beschwerter Theil von dem Eide zu absolviren. Caterūm an potestas relaxandi à nexu Juramenti sit solius Ecclesiæ, an verò Politici Magistratus nostrum non est hic anxius inquirere? In Jure Canonico Pontifici & Episcopis adscribitur, Panorm. in c. venerabilem de Elect. Secundum nostræ Republ. statum competit iis, qui habent τὸ κύρον in Republica seu jura superioritatis, R. A. de anno 1555. S. Und sollen diejenigen &c. De Jure Camerali remissio hæc quoad effectum agendi Cameralibus indulta, Ordin Camer. p. 2. cap. 24. Von Relaxation der Eide.

Casus qui-  
bus cessat  
hoc SCtum

Th. 15. Vidimus haec tenus quando locum habeat SCtum Macedonianum, restat ut videamus etiam quibus casibus cesset: Cessat autem 1. si filius famili. se patrem familias simulaverit & pro patre familias publicè fuerit habitus, l. 3. pr. ad SCtum Macedon. l. 1. C. eod. 2. Si filius famili. jussu vel voluntate patris pecuniam mutuo acceperit, l. 12. ff. b. l. 2. C. eod. Vel

-sup-



Si pater id ratum habeat, l. 7. §. 11. de SCt. Macedon. 3. Si filius famil. sit miles, tunc enim mutuo accipiendo pecuniam tenetur ad quantitatem peculii Castrensis, l. 1. §. ult. l. 2. ff. b. t. l. ult. §. 1. C. eod. Et ita in Ampliss. Collegio Juridico Jenensi responsum fuisse anno 1628. testatur Magnificus, Nobilissimus, Amplissimus, Consultissimus atque Excellentissimus Dn. Christophorus Philippus Richter / ICtus & Antecessor famigeratissimus, Comes Sacr. Palat. nec non Jurid. Facultat. Ordinarius longè meritissimus &c. Dn. Patronus, Promotor ac Praeceptor meus summis honorum Observantia titulis aeternum mantandus, in centur. reg. 88 n.

18. Demnach euer Sohn im Kriegeswesen sich verhafte gemacht / so bleibt die Schuldforderung durch die Exception SCti Macedoniani unvertilget. 4. Si filius famil. pater famil. factus agnoverit debitum, l. 2. C. ad SCtum Macedon. l. 7 ff. §. fin. j. l. 9. pr. ff. eod. Sed quid si partem debiti pater famil. factus solverit, an etiam reliqua pars non obstante SCto exigi ab eo poterit? quod cum Nobiliss. Dn. Praef. h. n. ult. N. arg. l. 7. §. fin. ff. ad SCtum Macedon. j. l. 9. eod. vid. Bachov. in not. ad Treutl. volum. 1. th. 8 lit. a. 5. Si contrahatur cum liberato à patria potestate, l. 3. §. ult. l. 1. §. 1. b. etiam per dignitatem, Novell. 81. cap. 2. Bachov. ff. 20. thes. 7.

6. Si emtio venditio fit celebrata, aut aliis Contractus sine pecuniae numeratione, l. 7. §. 3 ff. eod. vid. Dn. Hahn h. n. 8. qui etiam adducit responsum. 7. Si minor credidit minori, l. 3. §. fin. ff. ad SCtum Macedon. quia privilegiatus adversus privilegium beneficio suo non utitur, l. 11. §. 6. de minor. 8. Deniq. si filio familias studiorum vel legationis causa absenti, ad necessarios sumptus quos patris vel matris pietas non recusat, credita sit pecunia, SCto locum non esse, juris est apertissimi, l. 7. §. 73. ff. b. t. l. 5. C. eod. l. 47. in fin. ff. de solut. plures modi, quibus cessat hoc SCtum legi possunt in Colleg. Argent. ad h. tit. n. 5.

Th. 16. Non possum hic ab affinitatem planè præterire controversiam illam quotidianam juxta ac utilem, An sumptus à parentibus filiis famil. ad literas colendas missi in communem hereditatem sint conferendi? quod N. per ex.

C

pres-

Q<sup>3</sup>

pressum textum, l. 50 famil. heredit. & ita respondisse Ampliss.  
Scabinat. Jenens. anno 1647. Diejenigen Untosten so auf eure  
re studia gewendet worden / seid ihr in gemeine Erbs-  
schaft zu conferiren nicht schuldig/ Dn. R. M. testatur Ma-  
gnif. atque Nobiliss. Dn. Richter ad auth. habit. C. ne fil. pro  
patr pag. 45. nec refert, an illi sumtus suppeditati fuerint à pa-  
tre, an à matre, per ea quæ habet Dn. Carpz. p. 3. c. II. def. 17. n.  
3. & seq. Quicunque enim debet alimenta corporis præstare,  
is debet etiam sumptus tanquam media & alimenta animi  
ad excolenda studia suppeditare, arg. l. 14 ubi pupill. educ. vel  
mor. deb. Alimenta autem præstare jure naturæ parentes te-  
nentur, l. f. §. 5. C. de bon. quæ lib. quod pluribus deducit Gro-  
tius de I. B. & P. c. 7. n. 4. adeò, ut necare filium dicantur, qui  
hæc denegant, l. 4 ff. de agnosc. & alend. lib. l. f. C. eod. imò si  
temerè recusant, à Magistratu cogi possunt ut inviti præstent,  
& propterea inquit Magnif. Dn. Richter / ICeus omni laude  
Major, ad d. auth. pag. 77. vocari necessarios, in l. 6. §. 5. ff.  
de Carbon. edit. Et quamvis absolutè frater fratri non sit ob-  
ligatus ad præstandos sumtus Academicos, si tamen ad tem-  
pus ex communi hæreditate simul vivant, tunc etiā post mor-  
tem patris filio studioso sumtus de communi subministrare  
tenentur Magnif. Dn. Richter / ad d. auth. p. 129. Non veni-  
unt z. in collationem Expensæ Doctoratus, Magisterii, No-  
toriatus, & aliorum minorum graduum juxta sententiam à  
Scabinis Lipsiens. pronunciatam, vid. Dn. Carpz. p. 3. Constit.  
II. def. 18. Nec denique z. Expensæ in peregrinationem uti-  
lem factæ, & pecunia filio missa ut redire possit in patri-  
am, quemadmodum pronunciatum fuisse in Camera Bran-  
deburgensi, refert Arnoldus de Reyher in Thesaur. jur. verb. fi-  
lius n. 76.

Quid juris  
si Universi-  
tates Mu-  
tuum con-  
trahant.

Th. 17. Denique cum Universitates privatorum jure ha-  
beantur, hinc pulcherrima juxta ac difficilis hic venit tra-  
stanta controversia. An & quatenus Universitates accipien-  
do pecuniam creditam obligentur, & disting. cum Nobiliss.  
Dn. Praef. exerc. 16. th. 18. An Mutuum fuerit contractum cum  
ipsa universitate, an vero cum ejus Administratoribus. Pri-  
ri



ri casu extra dubium esse puto, Civitatem & quamlibet com-  
munionem seu quodlibet artificum ac Tribuum collegium  
citra omnem restitutionis auxilium obligari, adeò ut i. Ma-  
jor pars Civium præsentium etiā absentes, more tamen so-  
lito convocatos & cum Magistratu conspirantes *vid. c. 3. X.*  
*de Elect. obliget l. i. C. de decurion.* Idem est, si unanimi civium  
consensu & suffragio nominatim ad contrahendum actorem  
seu syndicū constituant, aut etiam mutuum ab administra-  
toribus contractum, ratum habeant, *arg. l. 7. C. ad SCtum Ma-*  
*cedon.* Vel 2. si Consilium Optimatum seu penes quos est  
τὸ κύειον totius civitatis contraxerint, quales in plerisque ci-  
vitatibus germaniæ ultra & præter Senatores certi solent  
esse Magistratus, qui ut olim apud Romanos Tribuni ple-  
bis, populi partes tuentur, & in quibusdam locis **Gildemeis-  
ter** / *in aliis Viertelsherren seu* **Junftmeister** vocantur,  
qui si cum senatu conspirant universitatem efficaciter obli-  
gant, *vid. Magnif. & Nobiliss. Dn. Richter decis. 71. n. 2. Hart-  
man. Pistor. quaest. 37.* At posteriori casu quando scil. cum Admi-  
nistratoribus seu quibus solùm Reipubl. gubernandæ curæ  
(ut sunt **Consules** & **Senatores**) commissa, & ii mutuum sine  
populi totius vel deputatorum ejusdem consensu sumpse-  
rint, isti non aliter cives universos & Rempublicam obli-  
gant, nisi in ejusdem utilitatem pecuniam semel conversam  
fuisse probent, *Hartm. Pistor. quaest. 37 n. 39.* Aliter se res ha-  
bet, si actio adversus administratores, quibus cum contra-  
ctum intentetur, & hi excipient se nomine Universitatis Mu-  
tuum contraxisse, & pecuniam esse erogatam in rem Civita-  
tis, hujus versionis probatio ipsi administratori incumbit,  
*arg. l. 19. de prob.* & probatur per testes idoneos probabiles-  
que conjecturas item per instrumenta signo publico robo-  
rata, *Dn. Carpz. p. 2. c. 6. defin. 19. n. 11.* Quod si verò non pro-  
baverint pecuniam in rem universitatis esse versam, ipsi ad-  
ministratores eorumque heredes non Civitas tenebuntur  
conditione ex Mutuo, *d. l. 27. de R. C.* Et tantum de Causa Ef-  
ficiente.

## CAPUT IV. DE MATERIA CIRCA QUAM SEU OBJECTO.

Objetum, Th. 1. **V**isa Causa Efficiente, succedit nunc Objectum, quod est duplex: *Materiale & Formale*: *Materiale* objectum constituunt res, quæ pondere, numero, mensura, constant, l. 1. §. 1. de reb. cred. Dicuntur autem res pondere, numero, mensura constare in usu juris, quæ aliter non possunt in commercia hominum venire, quam per ponderationem, numerationem, mensurationem, neque hic interest, quod quædam res modò mensura modò pondere constent, ut oleum, l. 35. §. 5. ff. de contrah. emt. l. 39. §. 1. ff. eod. *Formale* verò objectum sunt res fungibles, quæ functionem aut præstationem recipiunt magis in genere suo quam specie, l. 2. §. 1. de reb. cred. hoc est, cujus singula individua quantitate & qualitate ita sunt paria, ut si iis absumtis eadem in genere restituantur ac præstentur, in Effectu perinde sit, ac si exdem, quæ datæ sunt in specie (individuo) reddantur, nec aliud pro alio solvatur, Nobiliss. Dn. Praef. exerc. 16. th. 14. Dn. Hahn. ad VVesemb. b. n. II. Hinc excluduntur ab obje-  
cto Mutui i. quæ pondere, numero aut mensura non con-  
stant, Nec refragatur l. 2. §. 3. de reb. credit. ubi dicitur, mu-  
tuum non nisi in pecunia consistere, Erg. objectum mutui  
non erit res pondere, numero, mensura constans, sed pec-  
unia numerata: Resp. pecuniæ verbum in d. l. latè accipi-  
tur pro re, quæ in pondere, numero, mensurâ consistit, vid.  
l. 22. & l. 78. de V. S. 2. Licet nonnullæ res his constare vide-  
antur, tamen habile objectum Mutui non constituant, ut  
sunt corpora v. c. fundis, equus &c. Hæc enim etsi commune  
genus habeant, & specie quoque eadem sint, attamen cum  
maxima horū individuorum in qualitate sit diversitas, & dis-  
similitudo, hinc non potest dici idem esse restitutum, si hæc  
species v. c. fundis, equus, pro alia specie fundo, scil. & equo,  
præstetur. iste enim tuus aut melior erit, aut deterior, atque  
sic non ejusdem bonitatis, in qua semper Mutuum est resti-  
tuendum, l. 3. ff. de reb. cred.

Th. 2.



Th.2. Circà Objectum Mutui agitare solet quæstio, An  
grex, jumentum sint habile objectum Mutui? Colleg. Ar-  
gentor. ad tit. ff. de reb. cred. th. 13. Cum Cujacio obs. 37. O-  
mnes res, quorum singula corpora numerantur inter mate-  
riæ hujus contractus refert, indeque concludit etiam gre-  
gem Mutuo dari posse, verùm non rectè; Grex. n. neque  
ut grex, neque ut singula capita objectum Mutui consti-  
tuit, non ut grex: sic enim non potest numerari: in uno n.  
non consistit numeratio, deinde etiam neque quantitate  
neque qualitate æqualitas est, Non ut singula corpora,  
sic enim non differt à corporibus singulis, quæ jam natura  
ad individua distinxit, deinde quia ejus usus non est in-  
consumtione l. 78. § ult. cum l. seq. ff. de' usufr. Diss. urgent,  
l. 35. §. 5. & 6. de contrah. emt. ubi grex videtur referri ad  
ea qui in pondere numero consistunt, Resp. non satis est nu-  
merari aliquid simpliciter ut possit, alias etiam ædes &  
fundī Mutuo darentur, sed requiritur, ut alias discerni in  
individuo nequeant, oves & jumenta quidem possunt nu-  
merari, sed eorum quantitas non determinatur per nume-  
rum sed solùm quot oves quantitatem per se habentes ven-  
dantur. Nobiliss. atque Excellentiss. Dn. Präf. in colleg. priv. ad  
tit. de R. C. th. 14.

Huic controversiæ & illa est affinis, quæ de panibus mo-  
veri solet an Mutuo dari possint? quod Aff. cum possint tām  
ad Pondus dari Mutuo, ut ejusdem ponderis alii æquè boni  
reddantur, quām etiam ad numerum, si hoc casu certam ar-  
que determinatam habeant quantitatem, quales sunt panes  
pistorum vendibiles Germanicè die Bausbrot/ quos pisto-  
res ad certum pondus formare coguntur. Idemque non  
modo de panibus, sed etiam de piscibus, carnis, ad cer-  
tum pondus datis, si ejusdem ponderis & bonitatis pisces  
carnes, restituantur, afferendum venit, vid. Nobiliss. atque  
Excellentiss. Dn. Strauch in perleit. publ. ad h. tit. qui totum  
hoc negotium duabus regulis certissimis & indubitateis con-  
cludit. I. est, sola pecunia numerata per numerum credi po-  
test. II. est, perpondus & measuram itur increditum in his

solum rebus, quæ habent partes homogeneous, vel natura,  
vel facto hominis. Et hec sufficient de Objeto.

## CAPUT V. DE FORMA MUTUI.

Forma.

Traditio  
alia vera,  
alia ficta.

Th. I. **F**orma Mutui in duobus consistit, in rei fungibilis traditione & obligatione ad reddendum idem genus, in eadem qualitate & quantitate, arg. pr. I. quib mod. re contrah. obligat. l. 2. l. 3. ff. de reb. cred. Traditio est vel vera, vel ficta. Vera est, quando res accipienti revera traditur, l. 2. §. 3. h. t. Ficta est, quæ à lege vitandi circuitus, & celeritate conjungendarum actionum gratia intervenire fingitur, & vocatur traditio per brevem manum, l. 43. §. 1. de jur. dot. l. 3. §. 12. de donat. int. vir. & uxor. quæ juxta Bachov. ad §. 44. I. de rer. divis. recte revocatur ad tres modos: arg. l. 15. h. t. I. est, si fiat in una persona, veluti si convenerit, ut pecunia quam ex alia causa, & nominatim ex causa mandati, tu mihi debes, crediti nomine retineas, l. 15. de reb. credit. j. l. 9. §. ult. l. 10. deposit. cum quibus, quomodo concilianda, l. 34. pr. mandat. in conflictu videbimus. II. In duabus personis, si tibi mutuum roganti massam argenteam tradam, ut eam vendas, pecuniamque ex venditione redactam habeas mutuam, in secutâ venditione pecuniam mutuo esse factam vult, l. 11. ff. h. notwithstanding semper & indistincte, sed tūm demum, si rogans pecuniam inde redactam acceperit mutuam juxta l. 19. de prescript. verb. l. 11. b. j. l. 3. C. h. t. III. In tribus personis, si tibi mutuum petenti, debitorem meum pecuniam mihi debitam dare jussero, l. 13. de reb. cred. l. 34. ff. mandat. Circa quam rem si error interveniat, quid obtineat, docet l. 32. h. t. Talis fictio quoque subest, si aliquis meos nummos absente vel ignorantie me, vel etiam suos meo nomine tertio credit, mihi mutuum contrahitur, ut directam habeam actionem, l. 9. §. penult. h. cum alias per liberam personam alteri possessio tantum, non verò obligatio acquiri possit, l. 126. §. 2. d. V. O. l. 9. §. 3. h. l. 1. C. per quas person. cuique acquir. l. 38. §. 17. de

de V. O. conf. Nobiliss atque Excellentiss Dn. Præf. exerc. 16. tb.  
n. 12. 13 & Clar. Hahn. in not. ad Wesenb. h. n. 12.

Th. 2. Et cum non minus Mutuo, quam cuique alii contra*et*ui conditio & dies it. stipulatio usurarum, modus, tempus & locus possit adjici, Hinc Mutuum contrahitur vel purè, vel ad certum diem, ut in exemplo l. 40. de reb. cred. vel sub conditione ut in l. 7. l. 8. l. 36. eod. Purè vero pecunia credita, non statim mutuarius cum sacco paratus venire debet, ut loquitur l. 105 de solut. & liberat. sed congruum spatiū temporis, inter pecuniam acceptam & eam restituendam intervenire debet quantum arbitrio judicis seu boni viri, debitori ad convertendam illam in utilitatem suam sufficere possit, arg. l. 17. §. 3. ff. commoda*t*. Nec resistit, l. 14. de R. I. §. 2. l. 118. de verb. oblig. & similes textus, in quibus dicitur, quoties in obligationib*us* dies non ponitur, præsenti die debetur: Resp. ha*ce* leges cum aliquo temperamento & dierum intervallo sunt intelligenda*x*, arg. l. 1. §. 8. ad L. falcid. l. 105. de solut. l. 21. de judic.

Th. 3. Et tantum de primo requisito formæ Contractus Obligatio. Mutui, succedit secundum, quod consistit in obligatione ad reddendam rem creditam, licet apud debitorem casu fortuito perierit: l. 11. si cert. per. §. 2. l. quib*us* mod. re contrah. oblig. l. 78. §. 13. de contrah. emt. ratio est, quia debitor est Dominus rei Mutuo dat*us*, res autem perit suo Domino, arg. l. 9. C. de pignor a*ct*. In Mutuo autem debetur genus, quod perire nequit, regula enim juris cerrissima est, debitorem generis interitu speciei non liberari, d. l. 11. C. si cert. per. vid. Dn. Carpzov. p. 2.c. 26. def. 8. n. 5. ubi præjudicium a*ff*ert, & Ba hov. ad treutl. vol. 1. disput. 29. tb. 6. Hinc inferunt nonnulli interpretes, quod Mutuum sit alienatio, l. 16. l. 41. de R. C. verum minus propriè, nisi per Metonymyam Mutuum alienationem vocare velis vid. Dn. Hahn ad Wesenb. h. n. 13. Nec obstat, quod in Mutuo res fiat accipientis adeoque semper insit alienatio, Resp. Species quidem quæ traduntur alienantur, verum adhuc tamen aliud est Mutuum aliud, alienatio, sicut aliud

aliud est ipse contractus, qui aliquo perficitur, ab eo, per quod perficitur.

Th. 4. Obligatio autem hæc tria requisita includit 1. est ut tantumdem seu idem reddatur quantitate, l. 6. l. 11. §. 1. de reb. cred. l. 17. pr. de pact. l. 9. C. de nonnumer. pecun. Hinc etiam est, quod ultra id quod datum, mutuum non contrahitur, licet aliter conventum, veluti si 10. tibi credidero, ea lege, ut reddantur, nummus supernumerarius non debetur quasi creditus, quia numeratus non est, d. l. 17. pr. de pact. l. 11. §. 1. de R. C. Nec donationis, (quia de donando partes non egerunt) arg. l. 18. l. 25. de donat. nec usuræ titulo, peti potest, arg. l. 3. C. de usur. Hæc enim non nisi ex stipulatione debentur, l. 24. de prescript. verb. l. 10. §. 4. mandat. Contra facit l. l. 48. de pact. Resp. dicta lex continet regulam, limitatur autem si hoc pactum est contra naturam & essentiam contractus. 2. Diff. opp. quod aliquando ex nudo pacto valeant usuræ, Resp. hoc singulari jure receptum est in fructibus, qui pecuniæ loco dantur, idque propter incertum harum rerum pretium. Rittershus. in exposit. Novell. p. 3. c. 10. n. 9. Contra vero ob favorem debitoris liberandi, ad quod jura nostra priora sunt, conventione ut 10. numeratis, 9. tantum debeantur, valida est, per l. 11. §. 1. de R. C. pacta enim adjecta minuant quidem, non tam augent obligationem, & insunt à parte rei, non vero auctoris, arg. l. 17. §. 5. de pact. l. 40. ff. de reb. cred.

Th. 5. Secundum requisitum est, ut res mutuo data reddatur in eodem genere non specie: Notandum vero quod Logici vocant speciem (scil. infimam) id Jctis dici genus, & quod his est species, Logicis individua audiunt, Dn. Frantz. p. m. ad ff. h. num. 14. Hinc Q. si debitor eandem rem, quam mutuo accepit, creditori postea restituat, an satis faciat suæ obligationi? quod Aff. quia uniuscujusque Contractus initium, non exitum esse spectandum leges volunt, l. 8. pr. mandat. l. 11. ff. §. l. 3. C. ad SCtum Macedon. l. 78. pr. de V. O. l. 144. §. 1. de reg. Jur. Ex contrahentium destinatione quidem res eadem in genere reddi debebat, sed quia per accidens evanire potest, ut Mutuatarius non indigens pecuniâ mutuatam ean-

candem numero pecuniam restituat, id tamen per accidentem  
& præter intentionem contrahentium contingit, arg. l. 20. §.  
4. de heredit. petir. unde non solvitur species, ut species, sicut  
in aliis contractibus, sed ut res ejusdem generis, Nobiliss. ar-  
que Excellentiss. Dn. Präf. d. exerc. 16. th. 26. add. Magnif. Dn.  
Ungep. p. m. exerc. 10. th. 5.

An credi-  
tori invito  
solvi possit  
res diversi  
genetis?

Th. 6. Secundo hic disceptari solet, an pro tritico oleum  
aut pro frumento mutuato æstimatio ejus invito creditore  
solvi possit? quod N. motus duabus rationibus: 1. est quia  
in mutuo debet reddi idem genus quod datum est, l. 2. §. 1.  
l. 3. de reb. cred. sed frumentum & pecunia sunt diversi gene-  
ris, aliud enim est res, aliud rei æstimatio, l. 1. pr. de rer. per-  
mut. l. 1. pr. de contrah. emt. illa certa & promissa, hæc verò in-  
certa & omessa, vid. Zoëf. ad h. t. num. 5. & ad t. t. de solut. n. 13.  
2. est quod aliud pro alio invito creditore solvinon possit, l. 2.  
§. 1. b. t. l. 46. in pr. l. 50. l. 57. l. 98. § 6. de solut. Atque hoc fie-  
ret hoc casu E. Dubium non leve oritur ex l. 22. ff. de reb.  
cred. ubi vinum, quod mutuo acceptum, si non redditur, suc-  
cedit æstimatio: Resp. ex eo præstatur æstimatio, quia debi-  
tor fuit in mora, propter quam facium est, ut non reperia-  
tur vinum ejusdem bonitatis, sed dicis, genes perire non  
posse, l. 11. C. si eere. pet. l. 30. §. 5. ad L. falcid. & sic semper  
reperi vinum ejusdem bonitatis: Resp. licet vinum repe-  
riatur ejusdem bonitatis, tamen non reperitur ejusdem  
pretii, quia minoris tunc temporis venditur, ideoque æsti-  
matio præstatur. 2. Diss. urgent regulam, quoties duo æqui-  
pollent, non refert quid ex illis præstetur, l. 22. in pr. ad SCrum  
Trebell. Sed frumentum & æstimatio æquipollentia sunt  
in hoc casu, quia æstimatio vice rei fungitur, d. l. 14. de V. S.  
ibid. Goddeus n. 19. & seq. E. Resp. 1. hæc regula obtinet, ubi  
res solvi non potest, sed nos loquimur quando potest. 2. Resp.  
hanc regulam procedere in aliis contractibus, non verò in  
mutuo, ubi præcisè idem genus debet restitui, non diversum,  
vid. Kitzel. tract. de oblig. mut. c. 6. n. 34.

An pecunia  
reddenda  
in eadem  
specie inq-  
uacit?

Th. 7. Est & hæc non parum dubia & maximè controver-  
sa questio, An pro aureis nummis argentei, & pro grossa seu



integra moneta minuti nummi recte solvantur? Et indifficili  
hac controversia rectissimè distinguitur, An certi generis  
nummi puta 100. thaleri Saxonici specialiter in obligatio-  
nem sint deducti, ea lege, restituturum sese 100. thaleros Sa-  
xonicos in pari materiæ puritate & pondere, Wenn der  
Glaubiger dem Schuldener eine gewisse Anzahl 100.  
Sächs. Reichsthaler/ Stück vor Stück/ gut an Schrot  
und Korn/wichtig und unverschlagen/vorgestreckt/  
und der Schuldener hinwieder verschrieben/solche An-  
zahl Reichsthaler/ Stück vor Stück / mit gebührenden  
Dancf nach beschehener Lösekündigung zu bezahlen/  
tunc tot numero corpora, quod fuere promissa, aut accepta,  
restituenda veniunt in solutione, quod enim creditum est, in  
eodem genere est reddendum & conventioni standum, l. 3 de  
reb. cred. l. 48 de pact. l. 23. & 34. de reg. Jur. l. 52 de V. O. nec  
attenditur, licet postmodum ex superveniente auctus vel im-  
minutus valor pecuniæ: Nam sicut cum vinum, oleum, tri-  
tuum, mutuo datur, solum ejus bonitas inspicitur, non etiam  
æstimatio, quæ extra rem & ejus vice non fungitur, sed suffi-  
cit, quando suo loco & tempore, in eodem genere & bonitate  
totidem tritici modii, aut olei pondo, vel vini amphoræ re-  
stituuntur quot creditæ, cujuscunque tandem sint æstimatio-  
nis. Ita & cum nummorum genus pariter ac numerus cer-  
tus in obligatione est, sufficit, si eum quem debeo numerum,  
in eo quo convenit genere, solvam, sive carius sive vilius ca-  
constent solutionis tempore quam contractus, arg. l. 9. de  
aur. & arg. legat. eam enim ipsam ob causam numerus certus  
solutioni præfinitus videtur, ut in certitudinem effugiant, &  
ne valore crescente vel decrescente plures vel pauciores sol-  
vant aut recipiant, vid. Ordin. Monet. Ferdin. de anno 1559. §.  
Die ixt gemeldete/ cui adstipulatur etiam des Nieders  
Sächsischen Kreises Münz- Edict de anno 1568.

Th. 8. Tales itidem obligatio in specie esse censetur, si  
creditor quidem Thaleros imperiales æstimos crediderit,  
ut puta: do tibi 100. Thaleros singulos ad 24. grossos æsti-  
mos ea tamen lege & promissione facta, Dass er die  
Haupt

Hauptsumma der 100. Reichsthaler an guten harten  
wohlgeleitenden Reichsthalern / ieden zu 24. gute  
Groschen gerechnet/hinwieder erlegen wolle/tum illa  
estimatio demonstrationis, non dispositionis aut taxationis  
causa adjecta esse censetur, & debitor acceptos thaleros in  
specie restituere tenet, Kitzel. d. tract. de Jur. Monet. class. 2.  
quest. 1. Quod etiam obtinet, si obligatio ab expressione sum-  
mae incipit, cui postea certae monetæ species subjecta, puta si  
instrumento literis sit expressum, 100. thaleros in 100. du-  
catis, aut contra 100. ducatos in 100. thaleris esse creditos,  
tunc itidem obligatio specierum esse censetur, & totidem  
nummi solvendi veniunt quot crediti, quia verba ista frustà  
a contrahentibus adjecta non facile estimandum, vid. Kitzel.  
tract. de oblig. mutui. cap. 6. conclus. 4. Et tr. de jur. monet. class.  
2. qu. 2. n. 16.

Th. 9. Altero vero casu, si certa pecunia quantitas s. sum-  
ma ingenere, sed sub estimato valore est credita, vernacula  
nostra: nach eines ieden ortes gewohnlicher und  
gangbahrer wehrung oder wehrungs weise / & nihil  
inter creditorem & debitorem de pecunia credita in ea-  
dem materia vel forma restituenda pacto conventum vel  
determinatum, tum generali penè omnium locorum con-  
suetutine, liberum erit creditor quodcunque nummorum  
sive aureorum sive argenteorum genus, in qualibet specie  
usuali currente & proba secundum estimationem in con-  
tractu expressam, ex qua creditor damnum non est passurus,  
refundere, l. 99. de solut. modò secundum novissimam con-  
stitutionem Ferdinandi I. Augustæ promulgatam, Anno 1559.  
§. die ietzgemeldete 26. nullus creditor in solutione sum-  
mae alicujus notabilis, ultra 25. florenos in minuta pecu-  
nia solvat, cujus rationem vide sis apud Dn. Hahn. in not.  
ad Wesenb. h. n. 12. Coler. de proces. execut. p. 1. c. 10. n. 3. Dn. Carp-  
zov. p. 2. c. 29. def. 3. Fundamentum autem nostræ assertio-  
nis est, quod hoc casu non certum genus pecunia, sed cer-  
ta pecunia quantitas in hunc contractum deducta, quæ, si  
in æque proba monetæ an guter unverschlagener gang

Quid ob-  
tineat, si  
non de cer-  
tâ specie  
pecunie  
conven-  
tum.

und geber illiusse / licet non ejusdem materie aut formæ externæ restituatur, ob naturalem tamèn harum rerum similitutinem & identitatem, illud ipsum quod sibi creditum reddere intelligitur, prout mutui natura requirit, l. 2.  
§. 3. de R. C. vid. Nobiliss. Dn. Präf. d. exerc. 16. th. 27.

Quomodo  
solutio fā-  
cienda si  
monetæ  
species non  
extet.

Q.

Th. 10. Et tantum de Controversia illa, quid juris si debitorum monetæ copia datur, succedit nunc altera, quid dicendum, si illud genus monetæ quod creditum non amplius extet præstative nequeat, id quod dupli ratione contingere potest, vel 1. ob raritatem. 2. ob reprobationem; si ob raritatem ejus moneta haberine nequit, sicut hodiè die Jochimss. Thaler tunc necessitatis ratione, quam legem non habere scribit Rittershus. in expos. Nov. p. 2. c. 3. num. 4. alia pecunia in locum deficientium specierum surroganda est, & in alia monetæ specie usuali, creditis nummis in bonitate intrinseca conveniens & æquivalens, solutio fieri potest, Nov. 4. c. 3. arg. l. 14. §. ult. de legat. 3. l. 91. §. fin. de V. O. l. 23. ff. cod. Zoëf. ad tit. de solut. num. 18. modò probaverit debitor, se omni diligentia rem debitam consequi nequivisse, Perez. ad Cod. b. n. 8. Huic suffragatur etiam Augustus Elector Saxonia in Constit. Elect. 28. part. 2. in fin. Ex his facile nunc colligi potest, quid sentiendum sit de illa controversia, An in mutuo sub hypotheca seu pignore in certis nummorum speciebus ita dato, ut nisi in eadem qua nummi sunt signatura mutuum reddatur reliutioni locus non sit? quod N. nam etsi species tales haberi nequeunt, debitor tamen si justam estimationem offerat, liberatur, & creditor præcisè species in dato charactere postulans, & sub tali prætextu præmium oppignoratum retinens, iniurias se reum arguit, & in vitium L. commissoriæ! incidit, l. 1. C. de pact. pignor. Memorabile tamen exemplum refert Colerus, de process. execut. p. 1. 6. 10. n. 13. in magni nominis Principe, qui ratione hujusmodi pacti, ut à Civitate quadam libera imperii præfecturam quandam oppignoratam redimeret, à Ferdinando Imperatore Rege Bohemæ precibus impetrasse, ut promissæ species, grossi nimisrum Bohemici, qui ab usu recesserant & conquisitu impossibilis, ad eam summam de novo recuderentur.

Th. II.



Th. 11. At posteriori casu, si nimis nummi lege vel constituta  
tione Principis Edicto vel alio monetario sint abrogati, quo-  
modo tunc facienda sit solutio. Dd. acerrime digladiantur?  
Sunt qui ob moneta reprobationem, penitus à nexu obliga-  
tionis liberari debitorem statuunt, arg. l. 49. de legat. 2. Alii  
volunt, sufficere si debitor solvat ipsam monetam reproba-  
tam, vel tantum quantum nunc à reprobatione materia si-  
massa ejus rudit valere potest. Barrol. in l. 7. Scors. per. Alii de-  
nique interpres afferunt, quod creditor tantundem in  
nova moneta currente sit solvendum, quanti moneta acce-  
pta secundum bonitatem in trinsecam & extrinsecam valuer-  
it ante reprobationem: Sed uero ratio non immerito planè exu-  
lare jubetur, quia verum est, debitorem probam monetam  
acepsisse, & reprobationem monetæ, quæ postea contingit,  
non nisi damno debitoris, qui Dominus factus est cedere.  
Reliquæ autem duæ opiniones suo in loco retineri possunt,  
nam aut ipsa corpora in mutuum deducta sunt, & tum locum  
habebit sententia Bartoli secundo loco relata, per ratio-  
nes th. 7. allatas. Aut quantitas in obligatione est & tum  
ultima obtinebit sententia per rationes th. 9. adductas, videlicet  
tr. de re monet. Clas. 3. quast. 3.

Th. 12. Tertium requisitum formæ Contractus Mutui in  
hoc consistit, ut res mutuo data restituatur in eadem boni-  
tate & qualitate: An autem necesse sit ut qualitas rei debite  
exprimatur à debitore ad hunc effectum ut quæ bonum no-  
bis reddatur, Dd. N. quia naturæ hujus contractus hoc tacit-  
è inest, etiamsi id verbis nominatim cautum non sit per l.  
3. ff. de reb. cred. pr. Inst. quib. mod. reconrah. obligat. Nec of-  
ficit, l. 99. de verbis. obligat. ubi dicitur, quod in Contractis  
bus stricti juris quod palam expressum non est, habeatur pro  
omisso. Resp. huc decisio procedit in iis, quæ extra rem  
sunt, ut in usuris, non tamen in iis quæ ex re proveniunt. conf.  
l. 34 de reg. Jur. Unde etiam est, quod vinum novum & non  
defacatum pro vino veteri solvi nequit, cum hoc illo preti-  
osius sit, d. l. 3. b. An vero melius invito creditore solvere lit-  
cet supervacanea ferè disputatio, & quæ à legibus expressè  
notata non legitur, jura enim nostra constituta sunt de his,

quæ ἵπι τὸ πλεῖστον, non quæ ex ταχέᾳ λόγῳ accidentunt, l. 3. de  
legib. Ut verò nunc sunt mores, adeòres redit, si quis quid  
reddit, & numerus saltem convenit magna habenda est gra-  
tia. Quod si tamèn contra seculi mores, aliquis rem mutu-  
ata meliorem offerat, creditor ad accipendam rem cogi po-  
test, quia meliori inest & bonum, sicut major numerus mi-  
nor. *Vultej. ad Inst. b. n. 13. Coras. lib. 3. miscell. cap. 12.*

Mutatione  
nummo-  
rum facta,  
quomodo  
solutio fa-  
cienda.

Th. 13. Circa hoc tertium requisitum dubia & perplexa ad-  
modum agitatur quæstio de mutatione bonitatis nummo-  
rum, in qua enodandâ, autores longam contentionis ferram  
ducunt: Moneta equidem in Republica constituta constans  
& perpetua esse debebat, quia ea salva, salus publica & priva-  
ta etiam salva: econtrariò ea mutata magna subditorum  
consumtio nec non in Republica confusio sequitur, *cap. 18 X.*  
*de jure jur.* Politici enim statuunt, eam non solum census bo-  
norum tributorum turbationem afferre, sed & pacta & con-  
tractus incertos reddere: *Bodin. de Republ. c. 3.* Quod si au-  
tem mutatio nummorum contigerit, quâ hisce conclamatis  
temporibus, nihil frequentius accidere solere, ait *Arum. de*  
*jur. publ. vol. 5. c. 8.* immensus est opinionum conflictus, con-  
tractusne, an verò solutionis tempus veniat attendendum?  
Ego, salvo aliorum judicio, sententiaz, qui pro contractus tem-  
pore militant, 'meum adjicio calculum, sive bonitas extrin-  
seca, h. e. Mann die Münz in gehalt und Gewicht/oder  
Schrot und Born/wie sie dargezehlet und verschries-  
ben/schlechter und geringer worden/sive extrinseca bo-  
nitas sit mutata, wenn der Valor oder Würdigung der  
Münze aufschläget oder verringert wird/sic ut idem  
valor, qui creditus fuit, non restituatur in tot præcisè aureis,  
in quot creditus fuit, sed si æstimatio nummorum creverit,  
panciores, si decreverit, plures restituantur, quod etiam di-  
lucidè expressit Pomponius in l. 3. ff. de reb. cred. unde col-  
ligo: Quicquid in obligationem Mutui est deductum à cre-  
ditore, illud à debitore in eadem bonitate & qualitate est re-  
stituendum, Atque si aucto monetarum valore vel diminu-  
to, tot sint corpora restituenda, quot fuerint data, non san-  
tan-

tantundem, sed plus vel minus quam creditum fuit, restituuntur, contra d. l. 3. h. t. Sequitur Erg. non tot corpora nummorum, aucto vel diminuto illorum valore esse restituenda, sed ut dictum, si aucta fuerit aestimatio, pauciora, si decreverit, plura restituenda, hoc enim modo neutra pars exinde damnum persentiscit. 2. probatur haec sententia per l. 59. de contrah. emt. ubi expressè dicitur tempus contractus esse attendendum, cum quo concordat c. 20. & 26. X. de censib. imò verisimile est, contrahentes non de futuri, sed præsentis temporis pecuniæ valore cogitasse, eundemque in obligacionem deduxisse, arg. l. 34. de reg. Jur. quam sententiam tanquam veriorem, & juri atque æquitati magis consonam, præjudicio Cameræ Imperialis, si Mynsingero credimus, cent. 4. obs. 1. suffultam, praxis observat, teste Berlich. part. 2. concl. 35. & 36. & Schultz. in Synops. h. t. quib. mod. re contrah. oblig. Pleniùs in hanc sententiam cui volupe est inquirere, adeat Nobiliss. atque Excellentiss. Dn. Präf. exerc. 16. th. 29. & seq. jung. Magnif. & Nobiliss. Dn. Richter decis. 72. n. 4. Nobiliss. atque Ampliss. Dn. Schröterum in not. ad Sutholt. diff. 13. aph. 23. Nobiliss. Dn. Hahn. in not. ad VVesenb. h. n. 12. Kitzel. c. l. 2. q. 2. f. 1.

Th. 14. Quæ verò hactenus dicta sunt generaliter, limitanda veniunt 1. quod semper solutio sit facienda in tali moneta, ex quâ nec debitor nec creditor possit capere detrimentum, v. c. si quispiam anno 1621. quo tempore immoda ista & incerta aestimatio in totâ fermè Germaniâ omnium maxima fuit, 1000. Imper. singulos ad 5. aestimatos mutuò accepit, hodiè monetarū valore rursus diminuto, si eos ut probos redimendo fortassis antiquas obligationes, aut alias in usq suos expenderit, probos tempore solutionis existentes reddere jure astrictus est, vid Magnif. atque Nobiliss. Dn. Richter decis. 72. n. 23. 2. Si nummorum restituendorum qualitas à contrahentibus specialiter expressa, tunc illa exsolvenda venit, sive auctus sive diminutus valor pecuniæ. 3. Si consuetudine vel statuto aliud receptum, vid Edictum Monetarium Se renissimi ac Potentissimi Electoris Brandenburgici Dn. Georgii VVilhelmi de anno 1623. & Dn. Johannis Sigismundi Electoris gloriose memo-



memoria, de anno ibidem quod extat apud Zouch. Scepliz. de consue-  
tud. Elect. Brandsb. part. 4. tit. 2. pag. 396.

Th. 15. Proximum nunc esset, ut dispiceremus quoq; nobis-  
lissimam atq; intricatissimam istam controversiam, de incun-  
da estimatione rei debitz post moram depretiatæ aut per-  
emptæ: Nec enim hodiè vel judec vel Iustus, qui non hæreat  
maneatque suspensus, quando queritur, ad quod tempus es-  
timatio referri debeat, ait Cujacius, Verum cum hanc con-  
troversiam sat nervosè tradat Nabiliss. Dn. Pres. exerc. 16. th. 37.  
ne ultra modum Disputatio præsens ex crescere, lectorem eo  
remitto add. Zouch. n. 26. & seqq. Arum. Disp. v. 11. th. 5. Venn.  
1. q. 39. Scotan. ff. 29. th. 17. & seqq. Kitzel. tract. de mut. cap. 9.  
per tot. quorum scrinia ne luci solem afferre videar, compi-  
lando hic non exponam.

## CAPUT VI. DE FINE ET EFFECTU.

FINIS.

Th. 1. PERspectâ Mutui formâ paucis etiam ejus finis attingemus, omnia enim ex fine, cuius gratia fiunt, dijudicare debent: Est itaq; finis hujus Contractus mu-  
tua inter homines sublevatio, hominis namque interest ho-  
minem beneficio affici, & beneficio affectum beneficium re-  
pendere oportet, l. 7. ff. de serv. expors. natura siquidem socie-  
tatem & cognationem quondam inter homines constituit.

EFFECTUS.

Th. 2. Nascitur ex hoc Contractu obligatio, quæ voca-  
tur certi conditio, pr. I. quib. mod. re contrab. oblig. Item A-  
ctio mutui, l. 5. C. quib. non obj. long. temp. prescript. Actio si-  
certum petatur, l. 1. pr. de condit. tritic. Actio pecuniarum cre-  
ditæ, l. penult. in fin. ff. de instit. Et daturque mutuanti ejusq;  
heredibus, contra Mutuatarium ejusve heredes, ad repeten-  
dum id, quod mutuo datum est, l. 2. & 3. b. s. Hinc Q. An si-  
lius famil. æs alienum à patre contractum solvere teneatur  
ex fructibus feudalibus, si hereditate abstineat? Et Disting.  
Gail. job serv. 154. lib. 2. praet. observ. inter feudum hereditari-  
um, & ex pacto & providentia; Ita ut si feudum hereditari-  
um sit, tencatur ad æris alieni exsolutionem ex fructibus feu-  
dali-

Q.

dalibus faciendam tanquam heres, si vero ex pacto & prouidentia sit feudum, non obstrictus sit a alienum patris solvere, Mynsing. Cent. 3. obs. 67. Et hanc sententiam in foro Saxonico extra Electoratum obtinere, tradit Dn. Carpzov. p. 2. c. 47. definit. 4. Verum si textui 2. Fendor. 45. inhaerere volumus dicendum videtur, filium repudiata licet hereditate patris in feudo succedere non posse, nisi simuletiam hereditatem paternam adicerit, & ita onera hereditaria suscepit, sive sit feundum hereditarium, sive ex pacto & prouidentia: Quae vero hujus sit ratio facile colligere licet, nam cum filius ad feudum non nisi mediante persona patris pervenire possit, atque adeo hoc ipsi acceptum ferre cogatur, quod bona feudalia ad ipsum deferuntur. meritò fanè hunc ipsi honorem atque reverentiam debet, ut dedecus patris avertat fidemque ejus liberet, non solum quatenus hereditatis vires ferunt, sed iis non sufficientibus, etiam de fructibus feudi a alienum patris solvere tenetur, & hanc sententiam in Electoratu Brandenburgico, & de consuetudine Pomeraniae observari, testatur Joach. Scepliz. de consuet. Elect. Brandeb. p. 4. cit. 2. § 4. n. 3. Exceptiones legas apud Berlichium p. 2. conclus. 56. n. 36. & Carpzov. p. 2. c. 47. def. 3. Nec refert, an beneficio inventarii adierit hereditatem, an sine illo: ad hoc tamè prodesse videtur inventarium, ne filius teneatur ultra vires feudi & hereditatis, videlicet hanc controversiam decidentem Nobiliss. atque Excellentiss. Praef. in exerc. feudal. 9 th. 11. & exerc. 23. th. 29. Quod cum in agnatis longè aliter se habeat, non mirum, cur in his aliud sit statutum, 2. feud. 45. Illis non defertur hereditas mediante agnato, sed potius ex investitura ejus, qui communis agnationis principium fuit, succedunt. Vid. Hart. Pistor. q. 2. Vult. l. 1. c. 9. n. 14.

Thes. 3. Est autem Condicio vel generalis, & quavis actio- Divisio-  
nes in personam conditionis nomine veniunt, l. 25. in pr. de Conditi-  
O. & A. l. 4. § 2. & fin. b. Vel specialis, & denotat eas actiones onis.  
in personam, quibus non Dominus intendit sibi dari oportere, §. 15. I. de aet. j. l. ult. in fin. ususfr. quemad. cav. In hoc  
speciali significatu dispescitur condicio, in condicio-

nem certi & incerti, quid sit certum, docet l. 6. de reb. cred. quando nempe apparet quid, quale, quantumq; sit: Ubi tamen notandum, non quamlibet rem sufficere, ut certa sit, sed debet esse in gradu excellenti, v. c. vini boni amphoras 10. promittens, exprimit quidem quid, quale & quantum, sed bonitas est incerta, quia bono datur melius, & vinum, quod melius est, ipsum quoque bonum est. E. rem incertam promittit, l. 75. §. 2. de verb. Oblig. qui verò certum vult promittere, visi optimi 10, amphoras promittat, ut conditio certi locum habeat, Nobiliss. Dn. Stranch: in p[re]lect. publ. ad l. 6. de reb. cred. Conditio contra incerti est, quando non apparet, quid, quale, quantumq; sit id, quod promissum est, veluti aestimatio, inter esse.

Qualis a-  
ctio ex Mu-  
tuo.

Thes. 4. Dissensionis ferram hic quam maximè recipiant Ultramontani & Citramontani, an ex mutuo detur conditio certi generalis, an specialis? Et dicimus cum Nobiliss. atq[ue] Ampliss. Dn. Praef. b. thes. 39. dari conditionem generalem, quæ oritur ex obligationibus, quibus certum debetur, sed conditio certi tanquam genus, continet iterum suas species, ita ut tot sint conditiones certi quot contrahens, quibus certum debetur adeoq; parum interest in effectu, an generalis an specialis dicatur, l. 3 l. 24. de reb. cred. pr. J. quib mod. re contrah. obligat. l. 5. § 4. de O. & A. j. § 22. 7. de action. conf. Dn. Hahn. ad VVes. b. n. ult. Vinn. ad J. d. pr. quib. mod. re contr. Oblig.

Thes. 5. Et hæc dicta sunt de Actione Mutui. restat deniq; ut Paucis etiam agamus de modo dissolvendi mutuum, quemadmodum enim inter homines ipsos nihil est stabile vel immutabile, ita ut nullam patiatur mutationem, Nov. 7. c. 2. ita etiam contrahens suum habent obitum, & certis dissolvuntur modis, inter quos ponitur I. loco, actualis totius debiti præstatio, l. 8. de solut. quæ ipsum vinculum, quod contrahentes sibi invicem erant obstricti, dissolvit l. 9. § 4. de solut. non verò partis, quæ regulariter in vito creditore obtrudi nequit, l. 41. § 1. ff. & l. 19. C. de usur. l. 40. l. 99. ff. de solut. l. 8. mandat. l. 2. § 1. de reb. cred. l. 56. de evict. ratio juris

est manifesta, postulat enim natura obligationis, ut quomodo quid contractum est eodem modo & dissolvatur, & solutio partium non minima incommoda habet l. 3. famili. hercise quibus creditorem affici æquitas non patitur argum. l. 74.  
l. 55. de R. J. vid. Nobiliss. Dn. Schroter. in not. ad Sutbold. diff. 15. aph. 23. Bachov. disput. 29. thes. 2. lit. B. Perez. in C. h. t. de solut. n. 10. 2. potest hæc sententia stabiliri hoc argumento: Quicunq; habet jus petendi solidum ab invito, is & jus habet recusandi partem, sed creditor habet tale jus Ergò. Major in aprico est, qua enim ratione exigit ab invito solidum is, cui partem oblatam non licet recusare, Minor probatur ex l. 108 de V. S. Nam si debitor est, à quo invito quod debetur potest peti, creditor erit, qui ab invito quod debetur potest petere, & hoc procedit non tantum quoad debitum principale, sed etiam quoad interesse seu usuras.  
l. 135. § l. 19. de verbis. oblig. l. 41. § 1. de usur. vid. Bachov. ad Tr. vol. 2. disput. 29. thes. 2. l. B. Exceptio est. 1. Si ab initio ita pacto conventum ut per partes fiat solutio, & in his terminis accipio l. 41. § 1. de usur. c. 21. de reg. jur. in 6. 2. Ubi pro parte debitum tantum est liquidum, ideo id tantum quod liquidum præstandum l. 21. dereb. cred. arg. l. 8. si pars hered. pet. 3. Admittitur etiam particularis solutio in pensionibus publicis l. 4. C. de collat. fund. patrim. 4. Si versetur libertatis favor l. 4. §. 6. de stat. lib. 5. Si debitum est dividuum, ab heredibus debitoris pro partibus hereditariis solvitur l. 25. de solut. l. 25. § 13. famili. hercise l. 25. de V. O. l. 2. C de hered. act. vid. Magnif. Dn. Ungepanrp. m. Exerc. 12. quest 9. in. N Dn. Hahn ad Wesenb. de V. O. n. 9. Zœf. ad ff. de solut n. 28.

Thes. 6. Secundum requisitum est ut intra tempus & eo loco inter quod & quo debitor solvere promisit solvatur, quod si autem locns ubi sit solvendum non adjectus regulariter ibi facienda est solutio ubi quod debetur à creditore petitur & peti debet l. 38. & ibi Bartol. de judic. Nec refragantur verba l. 43. de judic. & l. 16. § 1. de const. pecun. ibi quocunq; loco, ubique. Resp. hæc verba non sunt intelligenda

genda naturaliter prout sonant sed civiliter secundum iuris rationem de quocunq; loco congruo & idoneo in quo alius reus sine adjectione loci convenire potuisset ut est forum domicilii, contraetus l. 2. & 3. de bon. autor. jud. possid. l. 9. § fin. de jud. vid. Nobiliss. Dn. Praef. exerc. 18. thes. 69. Scotanus ad ff. h. thes. 17. Arum disp. ad Inst. 16. thes. 4.

Th. 7. Eodem ferè modo deciditur, & hæc quæstio de tempore solutionis, An scil. debtor invito creditore ante diem rectè solvat & rectissimè disting. An dies adjectus in favorem creditoris an debitoris, sin creditoris causa additus tum solutio oblata non liberat debitorem sed impunè eam creditor recusare potest l. 122. pr. de V.O. l. 15. de ann. legat. l. 43. §. 2. de legat. 2. quia ei invito commoditas, quam habet, si sua die debitum præstetur non sit auferenda. Sin in debitoris gratiam dies adjectus (in dubio enim debitoris gratia ad adiectum creditur l. 36. §. 16. l. 41. §. 1. de verb. oblig. l. 17. dereg. Jur. Conf. Magnif. Dn. Richterum dicis. 37.) nil impedit cum totum etiam medium tempus liberum ei ad solvendum relinquitur, l. 137. §. 2. de V. O. l. 70. ff. de solut. l. 213. de V. s. quo minus reluctante etiam creditore ante diem solvat, d. l. 70. l. 198. §. 4. de solut. & ibi zœf. n. 31. Bachov. ad Trent. volum. 2. disp. 20. th. 2. lit. 1. Arum. ad I. disp. 16. th. 3.

Th. 8. Præterea etiam tollitur hæc obligatio novatione, §. 3. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 1. 2. 3. & seqq. ff. & C. de novae. Acceptilatione, §. 2. j. qb. mod toll. oblig. Obligatione & depositione ejus quod debetur, l. 19. C. de usur. l. 9. C. de solut. Pluriū modorum enumerationem nunc compendiū facere cogor, & paucis hisce thesibus intricatissimam Mutui materiam pro ratione instituti & tenuitate ingenii perstrinxisse sufficiat. Quod si igitur in his nonnulla minus perfectè minus. vè accuratè sunt tradita, veniam à benevolo lectorre spero siquidem omnium habere memoriam, & in nullo penitus errare, divinitatis magis quam humanitatis est.

l. 14. C. de vet. jur. enucl.

Christo Domino nostro sit LaVs perennIs.

**Præstantissimo Dn. Respondenti,**

Amico meo plurimūm dilecto.

**D**E mutuo dum differis,  
Colit Themis te mutuo  
Amore, doctis & tuis  
Studiis favens fert omina,  
Tuo labori præmia  
Datura quondam mutua.

*Benevolentia & honoris  
c. f.*

**Christophorus Philippus Richter/**  
**Com. P. C. & Fac. Jur. T**  
**Ordinarius.**

**D**ebes & credis, celebrantur mutua pacta:  
Debitor es Themidos; debet & ipsa **TIBI.**  
Illi Te totum studiis & mente sagaci  
Tradis; Te multo fœnore restituet.

*Ita eruditè docto Dn. Respondenti & elegan-  
tis Disputationis autori, amico meo  
percharo voveo*

**Georgius Adamus Struve/ D.**

**C**um leges scire, hoc minimè sit, verba tēnere  
Harum, sed potius vim didicisse benē; \*

\* l. 17. ff. Tu summo studio vim perscrutaris earum,  
*de LL.* Quod specimen signat largiter hocce tuum.

\* l. 1. §. 3. Perge & sic porrō leges percurrere sanctas,\*  
*de extra-*  
*ord. cogn.* Rite Themis TIBI sic præmia digna dabit.

Peregrinio atque Præstantissimo Dn. Respon-  
denti, contubernali ac amico suo pluri-  
mū colendo hac adjicere voluit

Christophorus Bartholdus Struve/  
LL. Stud.

**Q**uid duri faciunt sudores atque labores  
Id clarè monstrat, mi RADEMINE, tibi.  
Impiger hic miles teneris servivit ab annis  
Musarum castris militiæque piæ.  
Testes sunt cathedræ certantem nunc capientes,

Ingenii vires prima pericla docent.  
Tolle, favente DEO, technas fallibilis hostis  
Tunc dabit alma Themis digna brabeja TIBI.  
Denique quod supereft addam, gratorque precorque  
Ut bellum posthac commoda mille ferat.

## II.

**S**el Glück! Herzwehrter Freund/ist seh' Ich  
das Beginnen/  
**S**o ER bisher geführt in seinen zarten Sin-  
nen/

In

In dem nun kommt an Tag/da EUCH durch  
Euren Fleiß/  
Wird billig zugelegt / ein hoher Ruhm und  
Preiß.

Apollo ist bereit von Lorbeer zu bereiten  
Ein Sieges-Zeichen / welch' in allen Musen-Streiten  
Den Rittern wird geschenkt für Ihre Tapfer-  
keit /

So mit dem Kämpfen Sie bewiesen ieder-  
zeit.

Wohlan! so nehmet doch / HERR VETTER/die-  
se Gaben

Von grossen Musen-Gott. / IHR werdet daran  
laben

Des inners Herzen-Grund / der stets dahin  
gericht/

Daß ja dem Nächsten nur Gerechtigkeit ge-  
schicht.

Und weil auch fast heran zum KAMPF die letzte  
Stunde /

Des oben ist gedacht / wünsch' Ich aus Herzen-  
Gründe /

GOTT gebe Glück und Heil / ER gebe / daß  
die Ehr/

So lang das runde Rund / sich häufiglich ver-  
mehr.

Dieses geringfügige setzt seinem  
vielgeliebten Herrn Vetter  
zu Ehren

Georgius Rappos, Soltquellâ-March.

F I N I S

Ich  
Sind  
In

✓ *W. H. Dyer*



